



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[ti]o secu[n]da

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

homo. **Sup mag. añ.** Isti sunt viri sancti require in oct. apostolorum petri et pauli. **Tertra festiue de comuni apostolorum**

In die sancto. xxiiij. augus. **Ad matutinas omnia de comuni apostolorum. Lectio. I.**

Bartholomeus apostolus? Ad indiam veniens vbi idolum nomine asstaroth colebat. ibi quasi peregrinus manere cepit. Dum aut quereret nec inueniret: quidam demoniacus exclamauit dicens Apostole dei bartholomee in tendit me orationes tue. Cui apostolus. Obmutesce et exi ab eo. et statim liberatus est.

Tu autem do. Lectio secunda

Audiens hec rex poleni? misit ad apostolum rogans vt filiam suam lunaticam sanaret. Ad quam cum apostolus venisset et eam cathenis ligatam soluit iussisset ministris aut timere tibi quod accedentes morsibus laborabat dixit. Ego demonem istam ligatum teneo et vos timetis.

Igitur soluta statim liberata est. Tu autem domine. Lectio tertia

Rex autem multis muneribus apostolum non honorare voluit. Cui apostolus. Munera ista necessaria sunt his qui requirunt terrena: ego autem nihil terrenum nihil carnale desidero. Tunc apostolus cum regi fidei sacramenta predicasset: ac demonem quem

colebat idolum proprium comminuetem ostendisset: regem cum vxore et filiis et omni populo baptisauit. Tu autem d. **Lectio. iij.**

Sic rex dimisso regno apostoli discipulus effectus est. Igitur templorum pontifices congregati astrage regem fratrem eius conuenerunt: et de deorum suorum amissione templi euersione regis deceptione contra apostolum sunt conuesti. **Lectio quarta**

Indignatus rex astrages apostolum ad se ducti iussit. Cui et dixit. Sicut tu fecisti fratrem meum deum suum relinquere et deo tuo credere sic ego faciam te deum tuum relinquere: et deo meo sacrificare. cui apostolus Ego deum quem frater tuus coluit ligavi. ligatum ostendi et proprium simulacrum comminuetem re coegi. si sic poteris facere deo meo poteris me ad simulacrum prouocare. Sin autem ego deos tuos comminua et tu crede deo meo. Tu autem domine. **Lectio sexta**

Nec apostolo loquente nuntiatur regi quod deus suus baldach cecidisset et comminuetem esset. Quod rex audies purpuram suam scidit et apostolum fustibus cesu viuum ex cortari mandauit. Christiani vero corpus eius tulerunt et honorifice sepelierunt. Astrages autem rex et pontifices a demonibus arrepti mortui sunt. Tu. **Euangelium.** Facta est contentio